

tiam addi debet aliquid aliud, quod non videtur esse posse, nisi operatio Dei ad extra, qua immediate efficit, & conservat quicquid in creatura simpliciter est; probatur assumptum quavis enim duo angeli sint in eodem spatio per totum modum instantiam, non ob id dicimus alterum esse in altero, & alteri intime presentem, & hoc non nisi defectu talis instantie; sic etiam corpus, & anima; locus, & locatum habent mutam presentiam, & instantiam, nec tamen corpus dicitur esse in anima, nec locus in locato.

243 Respondeo imò difficultas in sententia D. Tho. explicari modum essendi Dei in rebus per essentiam, quam in nostra cum enim illum declarat per omnipotentiam, & operationem transeuntem, plane negare videtur, Deum esse in rebus ipsi per suam essentiam, & substantiam immediate, & vere, & tantummodo concedere Deum esse in omnibus rebus, quia causat, efficit, & conservat omnes res, quod esse in rebus per operationem, non per essentiam, & substantiam, sicut Rex est in toto regno per potentiam, quia omnia eius virtute sunt, licet substantia Regis non sit presens toti regno; melius ergo nos salva mus Dei existentiam in omnibus per essentiam, per intimam instantiam secundum substantiam ab omnibus creaturis, quam salvat Thomista eam declarando per operationem; Verum tamen est ad hanc intimam divinam substantiam presentiam in omnibus creaturis, quam Theologi vocant per illapsum, aliquid ulterius esse addendum, ratione cuius ita dicitur Deus intime presens creaturis, ut dici possit, & debeat esse intime in creatura, non autem e contra creatura in Deo, quamvis illa intima presentia, & coexistentia sit mutua hinc inde; hoc autem non est operatio, ut concedit Averfa loc. cit. sed est, quia non solum ad aliquid Deus rebus, ut causa efficiens, sed etiam ut causa exemplaris formans, & figurans singulas rerum essentias, unde docent Theologi, & Patres in omnibus creaturis extare vestigium Dei; & in rationalibus imaginem; sicut enim sigillum non solum efficitur sui figuram impimit, sed etiam illam efformat, & effingit in genere exemplaris cause; ita Deus non solum rerum essentias efficit, sed etiam illas efformat, & effingit in genere exemplaris cause illis se communicando participat secundum varias perfectiones non quidem formaliter, sed exemplariter, ut bene notavit Amicus disp. 3. cit. sec. 4. Itaque ut veniamus ad punctum difficultatis dico, ut unum dicitur esse intime in alio, non sufficit intima utriusque presentia in eodem spatio, ut bene probat instantia de duobus Angelis in eodem spatio compenetrationis, sed requiritur etiam ut habeat aliquo modo rationem forme participata respectu rei, à qua est secundum substantiam, ac entitatem indistans; hac enim ratione dicitur esse in corpore, & intime corpori presens, & accidentia spiritualia dicuntur intime subjectis presentia illa informando, etiam nihil operentur in eis, ut actus vitales in substantiis spiritualibus; sic perfectiones essentialis, & formales sunt intime presentes rebus; quartum sunt perfectiones, quia eas essentialiter formant; hoc igitur modo Deus dicitur per illapsum esse rebus omnibus intime presens, non tantum, quia illis intime coexistit in eodem spatio per exhibitionem propriæ substantiæ, sed etiam quia immediata, & perfectissima forma exemplaris modo explicato participata ab omnibus creaturis, eisque impressa per modum imaginis, vel vestigii, & hac de causa Deus per illapsum dicitur esse intime in rebus creatis, & non e contra; ut optime notavit etiam Fafolus loc. cit. dub. 6. in fine.

Quintò arguit Suarez disp. 30. cit. sect. 7. num. 21. ex actione saltem creativa Dei presentiam ejus intimam in rebus creatis necessariò colligi; quia Deus solus potest creare immediate per seipsum, tam immediate suppositi, quam immediate virtutis, nulla enim virtute à se creata utitur, ut medio agente ad aliud creandum, necesse est ergò ut ratione solius creationis Deus immediate si per substantiam, & virtutem suam in omnibus rebus creatis. Si dicas non omnia esse per propriam creationem producta, sed multa esse facta ex præeistente materia. Respondet, licet hoc verum sit, est tamen in omnibus aliquid, quod à solo Deo creatum est, saltem materia prima, ratione cuius necesse est creatorum ejus esse in re, quæ tali materia constat; atque hinc etiam fit, ut hac ratione non solum probetur Deum esse præter conditas quasi superficies tenens eas attingentem, sed etiam intime esse in omnibus illis quasi penetrantem illas, quia in omnibus, & maxime intimis illorum partibus est aliquid à solo Deo creatum; nam in rebus immaterialibus solum est indivisibilis substantia, quæ tota à Deo creata est, in materialibus vero est materia; & quia forma intime, & secundum se totam illam penetrat, id est agens, quod creat materiam necessariò esse debet intime præsens toti rei creatæ,

Respondeo imò ex actione Dei creativa potius oppositum deducitur notavit Basiliol. p. d. 27. nam in agentibus naturalibus potest intelligi hæc necessaria conditio presentie ut antecedens actionem, eo quod semper supponant subiectum, in quod agitur, cuius propterque, & applicatio necessariò est supponenda; hoc autem Deo necessarium non est quoad actionem creativam; quia ex parte effectus nihil supponitur, cui Deus applicatus supponi debeat, ac proximus ad agendum in illud. Nec valet, quod ait Suarez huic objectioni occurrentes num. 18. quod necessitas ista non provenit ex peculiari ratione movens, & mobilis, imò nec ex generali ratione agentis, & passi, quod actioni supponitur, sed ex dependentia effectus, & cause, hæc enim est, quæ requirit, ut agens immediate conjungatur effectui. Non valet, inquam, satis enim hæc evasio præclusa manet ex dictis num. 187. & seq. sed jam ad argumentum respondeo, si bene res expendatur, non esse majorem difficultatem de creatione, quam de aliis actionibus, nam quod ea solo Deo proveniat, non necessariò infert, quod nequa esse in remotum, & quod Deus sit necessariò in effectu producto; primum probatur, quia intermedium ab agente distans potest actio provenire, & licet in medio prærequiritur aliquid esse productum, tamen ab eo non prodit illa actio, sed ab agente distans; sic etiam in proposito potest Deus creans operari in distans producendo aliquid in medio ad eam creationem prærequiritum, non tamen immediate influens in rem creatam, ut constat in creatione anime rationalis ad exigentiam dispositionum, alterum vero, scilicet inde non sequatur intima Dei presentia in effectu producto, satis comprobatur manet ex instantia, quam sibi facit Suarez in argumento suo, nec sufficienter soluit; quia quavis enim rectè dicitur ratione materia à Deo immediate creata esse debere Creatorem in omnibus compositis intime presentem, tamen non ostendit sufficienter ea ratione penetrationem Dei cum materia creata, & singulis ejus partibus, nam statim ergo dicam ad creationem materiam satis fuisse Deum juxta illam existisse, & superficiem eam attingente quoad presentiam intemam.

Sed dices, actio creativa supponit in creatæ actum putum, sed actus putus necessariò est presens rebus omnibus; ergo ex actione creativa sufficienter, & efficaciter colligitur intima presentia Dei in rebus omnibus creatis; major probatur, nam creatio est actio indispensata subiecto saltem in hæziosis, cum fiat ex nullo præsupposito subiecto, ergo supponit, creans esse actum putum, quia nullum agens potest habere actionem independentem à subiecto, quam sit ipsum, & sua virtus agendi; probatur minor nam de ratione actus puri est omnino omnino potentialitatem excludere, et quæ aliqua potentialitas est posse esse presentem ubi non est, potest tamen esse, ergo si Deus non esset presens rebus omnibus, in quibus tamen esse potest, non omnem omnino potentialitatem excluderet. Respondeo in primis potest negari majorem quandoquidem Doctor 4. d. 1. q. 1. §. quarta ratio, docet ex potentialitate agentis creati non efficaciter deduci, quod create nequeat; sed concessa etiam majori, & minori distinguo consequens, ex actione creativa efficaciter colligitur intima Dei presentia in rebus, mediatè, concedo, immediate nego, nam ex actione creativa immediate tantum colligitur paritas actus in creatæ, & mediatè postea ex perfectione actus puri rectè infertur exclusio omnis potentialitatis, & sic tandem intima Dei presentia in omnibus creatis rebus.

244 Sextò arguit Lezana loc. cit. perfectissimum agens debet esse presens passio, aut spatio circa quod operatur perfectissimo modo, sed Deus est agens perfectissimum, ergo debet esse ibi presens perfectissimo modo; sed perfectissimum modus presentie est per suam substantiam, ergo &c. & per consequens ex operatione Dei per consequentiam formalem infertur ejus presentia. Conf. quia causa perfectissimo modo operans perfectissimo etiam modo communicatur effectui suo, ergo perfectissimo quoque modo ei conjungitur, & approximatur; talis causa est Deus; ergo ex ejus operatione in rebus bene infertur ejus presentia in illis secundum substantiam. Denique agens simpliciter infinitum necessariò debet esse in omnibus locis, nam ex infinitate Dei bene deducitur immensitas, sed Deus est agens infinitum; ergo esse debet in omnibus rebus, ergo ex operatione Dei, ut agens infiniti rectè infertur presentia ipsius intima in rebus secundum substantiam.

Respondeo in argumento committi manifestam principii petitionem, dum assumitur in majori sine ulla probatione id de quo est questio, quod scilicet agens debeat esse presens passio, vel spatio, ubi operatur, atque id est agens perfectissimo modo, debet esse presens perfectissimo modo, hanc enim intima distantia

distantia conditionem dicimus necessariò non requiri, neque ex ratione intinseca agentis ut sic, neque ex ratione agentis ut perfectissimi, sicut constat ex dictis n. 189. 190. & seq. Ad Conf. posset in primis negari assumptum, alioquin sequeretur, Deum quæ perfectè se singulis communicari creaturis, quod tamen falsum esse constat; deinde quando concedatur assumptum, negari adhuc debet consequentia, quia talis perfectè communicatio fieri quoque potest sine intima conjunctione, & approximatione ad effectum præsertim ab agente infinito. Ad ultimum totum conceditur argumentum, sed ita arguendo jam non amplius ex operatione, ut erat D. Thomæ intentio, sed ex infinitate demonstratur ubiquitas Dei, quod non negamus.

Septimò arguit alii, ex unione hypostatica Verbi ad naturam humanam, hæc enim est ratio presentie localis secundum essentiam Dei ad illam humanitatem; ergo operatio Dei in re est ratio presentie essentia Dei in rebus; probatur consequentia, quia unio hypostatica est quedam operatio Dei in natura humana. Respondeo non esse parem rationem de unione agentis ad passum, & de unione nature humane ad divinum suppositum, tum quia ab omnibus Theologis modus essendi Dei per unionem hypostaticam in natura assumpta ponitur modus specialissimus omnino diversus à modo essendi in rebus per essentiam; qui ponitur generalissimus, quatenus hoc modo Deus dicitur intime esse in omnibus rebus; tum quia unio hypostatica est unio substantialis, sive unio substantiarum; unio autem agentis ad passum est unio quadam proportionis; itaque agens ad passum fit in tali proportionata distantia, & possit actio fieri, vel est unio virtutis, quæ mediantè virtute agentis jungetur, & terminari ad passum, & hæc abque unione substantiarum agentis, & passi potest haberi; tum tandem, quia licet unio, quæ verbum suit nature humane unitum, dici possit operatio, ipsa tamen unio hypostatica in re formaliter considerata non est operatio, sed relatio in nostra sententia, aut quidam modus substantialis.

Postremò varias inducunt experientias agentium naturalium, quibus constat dari non posse actionem in tem, vel locum distantem, quin prius detur aliqua actio in medium, eæ quo deducunt consequentiam etiam ad agens increatum, putantes hæc necessitariò provenire ex vi actionis, ut sic. Resp. jam satis demonstratum esse hæc necessitariò non provenire ex vi actionis, vel agentis, ut sic, sed ex peculiari conditione agentium particularium, unde & nos quoque; è diverso alias adjectis experientias ostendentes, agens aliquando agere in remotum nihil omnino producendo in medium, vel saltem non producendo id, quod productum in remotum; Tum quia neque nos asserimus quod libet agens posse agere in distans, & aliquid, nec istud secundum omnes potentias, sed aliquas, & præsertim gratis concedimus agens creatum prius agere in medium, quàm in distans, quando medium est ejusdem rationis cum extremo, & receptivum ejusdem qualitatis ab eo producibilis; ex hoc tamen nõ licet inferre consequentiam universalem de omnibus agentibus creatis, quod nequeant agere in distans immediate, quoniam celestia saltem corpora, quæ sunt majores virtutibus quæ sublimaria sic agunt in productione quorundam effectuum, unde tantò minus trahi potest consequentia ad agens increatum, quod est infinite virtutis de quo vide disp. 7. Phys. q. 4. art. 3. ubi de his experientias latè discussimus.

QUESTIO SEXTA.

De Dei eternitate.

Quid sit Eternitas, & an creaturæ communicari possit.

ARTICULUS PRIMUS.

Prima pars Questionis discutitur.

246 O Ccasione disputationis de duratione rerum in communi in physica egimus quoque de eternitate; quæ est prima, & præcipua durationis species, utpote quæ est vera, & propria divine existentie duratio, ut habetur psalm. 101. tu autem Domine æternum permanes; omnis autem permanentia in esse habet rationem durationis, ut constat ex ipso durationis nomine; & quia in es disp. 13. Phys. q. 1. statuitur durationem in communi ad creatam, & incretam ex suo primario, & formali significato existentie rei durantis nihil positivum superaddere, sed tantum ex modo significandi

principalis significati connotatæ coexistentiam rei durantis actuale, vel saltem aptitudinale ad extrinsecam durationem successivam veram, vel imaginariam; id est consequenter loquendo ibidem q. 1. asserimus, æternitatem formaliter loquendo non dicere formalitatem aliquam positivam in Deo ab existentia divina formaliter distinctam, sed solum ipsam divinam existentiam connotando respectum aptitudinale necessarium ab intrinseco coexistendi cuiusque temporis differentie tam actualis, quàm possibilis; concipiendo namque divinam existentiam cum tali respectu coexistendi, id, quod requiritur ad exprimentum perfectum æternitatis conceptum tam pro formali, & quidditative tam pro connotato, & quietative, & habetur totum id, quod significat Boetius 5. de consol. phil. profa 9. per illam definitionem ab omnibus plausibiliter acceptatam æternitas est interminabilis vita tota simul, & perfecta possessio; nam per vitam intelligitur actualis existentia divina, & per alias particulas circumscriptibiles differentiam æternitatis constitutam, & à cæteris durationibus divivam insinuat respectus illi coexistendi necessariò, sive aptitudo ad necessariò coexistendum infinito tempori possibili invariabilitè, & sine successione; per hoc enim quod dicitur vita interminabilis intelligitur existentia de se exigens coexistere, cuiusque durationis sine principio, & sine fine; & per hoc quod dicitur perfecta intelligitur quod in existendo, & in coexistendo non dependet ab alio, sed à seipso simpliciter, & necessariò existit, & coexistit, nam si non à se, sed ab alio, jam non simpliciter, & necessariò existeret, & coexistere, licet semper existeret, sed contingenter, & dependenter, qualis sempiternitas convenit etiam creaturæ ab æterno productæ; si talis creatura est possibilis, ut cum Scoto docuimus disp. 19. Phys. q. 1. & hoc totum de æternitate dictum habetur ex Doctore quoque.

246 Quamvis autem ibidem §. contra istud hæc definitionem per negationem triplicem expresserit, nempe per negationem terminationis, successionis, & dependentie, per hoc enim, quod dicitur interminabilis significatur prima negatio per id, quod dicitur vita simul significatur secunda; per id tandem, quod dicitur perfecta possessio innuitur tertia; at addendum eam quoque positivè declarat per relationem potentialem, vel aptitudinalem, quatenus talis vita perfecta aptitudinem habet, & existentiam coexistendi tempori infinito possibili, ut notat Liehetus ibidem; unde cum Doctor eam declarat per illas negationes, potius indicavit modum, quo solet à nobis concipi, & explicari divina æternitas, quàm quod à parte rei hæc tantum negationes impoterit pro formali; nam non habere principium dicit à parte rei semper extrinsece, quod est quid positivum, sicut non habere finem dicit semper fore; item tota simul licet explicetur per negationem successionis, tamen à parte rei dicit indivisibilem permanentiam; & tandem ly perfecta possessio licet per negationem explicetur dependentia, tamen à parte rei importat permanentiam positivè independentem, & imparticipatam; Pariter cum dixit relationem illam aptitudinalem eo coexistendi necessariò tempori infinito possibili esse relationem rationis; non accipit relationem rationis in rigore, quia antè omnem nostrum intellectus considerationem Deus est aptus coexistere infinito tempori possibili, & tempus possibile licet non sit ens reale verbaliter, est tamen ens reale non in aliter, unde relationem realem transcendentalem terminatè potest: quare cum eam appellat relationem rationis, sic explicari debet, quatenus non est perfectè realis cum illis tribus conditionibus, quas ipsemet Doctor ex natura eorum quol. LL. exigit ad relationem realem, quod scilicet habeat extrinsecam realem realiter distincta, & quod exurgat ex natura extremorum, & non per opus intellectus, iuxta quem dicendi modum perfectio per æternitatem in Deo importata erit ibi ex natura rei nudum quoad principale significatum, quod nos ponimus esse existentiam, sed etiam quoad connotatum illum respectum coexistendi necessariò omni tempori possibili, unde iuxta nostrum dicendi modum optime salvatur æternitatem dicere perfectionem in Deo ex natura rei reperit omnino independentem ab intellectu nostro quantum ad omne id, quod in suo involvit conceptu, sive pro formali, sive pro connotato. Quando autem dicimus, Deum ex vi illius perfectionis, quæ dicitur æternitas, habere existentiam, & aptitudinem, ut possit coexistere infinito tempori possibili, sicut ex vi illius perfectionis, quæ dicitur immensitas, habet aptitudinem, ut possit ac debeat necessariò coexistere cuiusque loco possibili, hoc non est intelligendum; quasi possit divina natura fundare relationes aliquas transcendentales ad creaturas, hoc enim repugnat suæ summæ necessitati, ac independentie



tie a creatura, ut diximus disp. 8. Log. qu. 5. art. 1. in fine, sed potius ita intelligi debet, ut Deus ex vi alium perfectionum in natura divina reperatur possit terminare tales relationes in creaturis possibilibus utcumque fundatas, unde huiusmodi perfectiones in Deo eodem modo explicari debent, sicut explicari solent attributa omniscientie, & omnipotentie, quae pariter cognosci nequeunt a nobis, & exprimi nisi per ordinem ad creaturas, possibiles, & futuras; & dicendum quod sicut ordo ad creaturas possibiles est de essentia omnipotentie, non formaliter, sed fundamentaliter sumptus, quo pacto dicitur ipsam absolutam, & intrinsecam perfectionem omnipotentie connotat tantum creaturis possibilibus, tanquam termino extrinseco relationis, quam in praefata perfectione possumus fundare per intellectum praecedente fundamento in re; ita in proposito respectus istae coexistentiae temporali infinito possibilis est de essentia aeternitatis non formaliter, sed fundamentaliter sumptus, quo pacto dicitur absolutam, & intrinsecam aeternitatis perfectionem connotat tempore infinito possibili, tanquam termino extrinseco, quod non est peculiare aeternitatis, vel immanitatis, sed omnium attributorum perfectionum, quae sunt relative secundum dicitur, quatenus licet entitatem absolutam de formali importat, secundario tamen connotat respectum ad aliquod extrinsecum, sine quo a nobis cogitari, & explicari nequeunt saltem conceptu intellectum quietante.

Nec tandem nos conturbare debet, quod Doctor quol. citat. existentiam divinam posuerit connotatum aeternitatis, illas vero tres negationes, aut respectum coexistentiae aptitudinali temporali infinito possibili, formale significatum. Tum quia huius rei rationem sufficientem assignavimus disput. 3. citat. Phys. quae. 2. numer. 13; tum quia Doctor ibi problematicè procedit, ut constat ex verbis, quae habet lit. T. dicens de ista aeternitate an insit ex natura rei, teneatur altera via duram dicendam, illa, quae videtur inquirenti probabilior prima erat via sumpta ex Dionysio de divinis nominibus cap. quinto ubi videtur ponere aeternitatem in divinis ex natura rei quoad principale significatum, quod ponebat divinam esse, sive divinam existentiam; altera via sumebatur ex Boetio, qui ex vi definitionis ab ipso traditae est interminabilis vitae, &c. videtur existentiam divinam ponere connotatum aeternitatis, quia est quasi subiectum, vel fundamentum eius, & ideo consequenter videtur ibi ponere aeternitatem ex natura rei quoad connotatum dicitur, non quoad principale significatum; & hoc dicit Doctor intelligendo definitionem Boetii in sensu intransitivo, ut ex vi verborum sonare videtur, in hoc etenim sensu vita importatur in obliquo, atque ideo rationem connotati, ac veluti subiecti aeternitatis subire videtur; quod si eam intelligamus in sensu transitivo, ut sensus sit, aeternitas est interminabilis vitae, &c. tunc hoc est, vita interminabilis, tota simul, & perfecta, tunc vita importatur in recto, ac veluti principale significatum aeternitatis, caetera vero veluti connotatum, quod datur intelligi, vel contelligi ex vi nominis aeternitatis, qui est terminus connotativus, non absolutus, licet perfectio per ipsam significata sit profusa absoluta; & haec pauca sufficienter pro intelligentia formalis significati aeternitatis, pro quo etiam videri possunt iam dicta disputatione decimartertia, cit. qu. 2.

Verum quia post impressionem Tomi Physici Ariaga disput. 15. Physica docet durationem creatam dicere modum quemdam superadditum realiter rei duranti, non quidem permanentem, itaque intrinsecè sit idem durationis modus superadditus, quo Angelus hodie durat, duravit heri, & cras durabit; sed successivum, itaut sit modus distinctus durationis ille, ex vi cuius hodie durat Angelus, ab illo, virtute cuius duravit cras, aut duravit heri; neque in eisdem Tomi resolutione exactè potuit voluere praedicto occurrere Auctori disp. 13. cit. quae. 1. pro temporis angustia, & Typographi more productioris impatientis sollicitudine, non erit abs re, & rursus hoc nostrum placitum firmemus, & impugnationibus praefati Auctoris occutamus majori qua possit fieri brevitate; praeter ergo rationes ibi adductas ad probandum durationem creatam permanentem, ac etiam successivorum non esse accidentis intrinsecum rebus superadditum, sed ipsam rei entitatem, vel existentiam per se ipsam, & per connotationem extrinsecam ad tempus actu, vel potentia existens, durate, & constitui in hoc potius tempore, quam in alio, hic rursus sic argumentor.

250 Primo, ratio praecipua, ob quam Adversarii durationem in creatis re ipsa distinguunt a re durante, est quia Petrus v. g. durans hodie est indifferens, ut daret, vel non daret cras; ergo durare hodie est quid distinctum a durate cras,

nihil enim esse potest indifferens ad seipsum; ergo debet superaddi duratio crastina, ut accidens successivum quo determinetur ad durandum cras; tunc si argumentor; frustra sit per plura, quod fieri potest per pauciora, & aequè bene, sed entitas de se indifferens ad durandum hodie, & cras scilicet, quocumque alio intrinseco potest determinari per aliquod extrinsecum, nempe per coexistentiam temporis extrinseci hodierni, vel crastini de novo venientis; ergo frustra ponitur duratio accidentis rei duranti realiter superadditum, sive permanentis, sive successivum; probatur minor, durate est esse in tempore, seu temporis coexistere actuali, vel possibili, sed per existentiam rei, & temporis intelligitur haec coexistentia, actualis quidem, si tempus actualiter fuerit, aptitudinalis vero, si tempus est praesens possibile; ergo quocumque alio secluso accidentis intrinseci intelligitur res durare eo ipso, quod ei coexistit tempus hodiernum, vel crastinum. Confirmatur, quia de facto Deus sine aliquo se infinite realiter superaddit dicitur durare hodie, & cras, anno praesenti, & futuro, & praesens per tempus extrinsecum de novo accedens; ergo pariter creatura sine aliquo accidente intrinseco potest dici determinari ad hodie per adventum huius diei, & ad durandum cras per adventum diei crastinae.

Respondent durate esse aliquid intrinsecum in re durante, ac proinde non posse rem per aliquod extrinsecum dici durare, & ad durandum determinari. Contra; Tum quia aliud est dicere rem durare, per aliquod extrinsecum, aliud determinari ad durandum in hoc, vel illo tempore per aliquod extrinsecum; licet res revera non duret per aliquod extrinsecum, sed per durationem sibi intrinsecam, ac identificantem; tamen determinari potest ad durandum hoc, vel illo tempore per aliquod extrinsecum, sicut Deus dicitur intelligere, & velle per aliquod sibi intrinsecum, sed dicitur determinari ad hoc, vel illud obiectum intelligendum per terminationem ad hoc, vel illud secundarium obiectum; Tum, quia licet durare absolute sumptum denominationem absolutam, & intrinsecam praesens videtur, rem nempe per suam entitatem existere indifferenter; attamen quod potius hoc, vel illo tempore daret habet ab extrinseco esse coexistentia nempe, vel illius temporis, atque ita duratio quoad illud totum, quod in suo involuit conceptu, & pro formaliter, & pro connotato, non dicit meram denominationem intrinsecam, sed partem intrinsecam, partem extrinsecam. Tum tandem quia haec responsio locum non habet in Deo, aliquam per aliquod intrinsecum superadditum dici deberet durate.

Respondet Ariaga disput. 15. citat. numer. 41. non esse eandem rationem de Deo, & creatura, quia cum Deus sit aeternus, non est indifferens ad existendum hodie, vel cras, sicut est creatura, sed per suam entitatem determinatus est ad existendum in omni tempore, ac proinde non eget modo superaddito; tum quia a creatura potest separari hoc, quod est durare hodie, vel cras, non autem a Deo, unde non mirum, si ab illa distinguatur duratio hodierna, non vero a Deo. Contra; quantumcumque sit Deus per suam aeternitatem intrinsecè determinatus in actu primo ad existendum in omni tempore, attamen in actu secundo non dicitur hodie durare, vel cras quocumque dies hodierna, vel crastina existat, quia ut notat Scotus p. d. 39. ad argumenta pro secunda opinione esse immensitate aeternitatis ad omne tempus non sequitur coexistentia, quae dicit positivam relationem ad alterum coexistens, nisi habeatur aliquid in altero extremo, quod possit esse terminus coexistentiae cum isto fundamentato, & tale non potest esse non ens, quale est omne tempus praeter praesens; ergo non obstante intrinseca Dei determinatione ad existendum in omni tempore in actu primo, adhuc indiget aliquo extrinseco, ut dicatur per suam aeternitatem esse potius hodie, quam cras, quatenus per suam aeternitatem hodie coexistit diei praesenti, cui heri non coexistebat, cum adhuc esse non haberet; in quo etiam sensu est separabilis a Deo hodierna duratio, non quod non debet necessitate hodie, & cras durare, sed quatenus heri totus existebat, & durabat Deus, & non durabat hodie, non quidem ex eius defectu, sed ex defectu hodiernae diei, quae heri non existebat.

Secundo principaliter argumentor contra Auctores ponentes durationem creatam accitens superadditum rei duranti, non quidem successivum, sed totum simul, itaut per eundem durationis modum ego hodie duram, & cras durabo, & heri duravi; etenim duratio sic declarata non minus indifferens est, ut sic in hoc tempore, vel illo, quam ipsa intrinseca entitas rei durantis; ergo sicut ob hanc indifferenciam negant nobis rem durantem per se ipsam durate hodie,

hodie, & cras, voluntque durare per accidens superadditum, ratione cuius determinetur ad existendum potius in hoc, quam in alio tempore, ita pariter quia duratio permanentis, & tota simul ab his Auctoribus constituta est eodem modo indifferens, ut me constituit hodie, vel cras existentem, ito accidente intrinseco superaddito indiget, quo haec indifferencia determinetur;

Respondent, non opus esse alio accidente intrinseco ad hanc indifferenciam determinandam, sed sufficere diversum tempus extrinsecum fluens, unde die hodierno determinatur ad constituendum me hodie durantem, die crastino determinatur ad constituendum me hodie durantem. Contra; quia sine multiplicatione tot modorum aequè bene per haec extrinseca determinari potest immediate entitas rei durantis, ut existat potius in hoc tempore, quam in illo. Respondent alii durationem superadditam esse determinatam, ut me constituat in singulis temporibus heri, cras, hodie, non quidem simul, sed successive, secundum quod successivè advenit hic, vel ille dies. Contra quia haec determinatio, quae fingitur in tali duratione superaddita, non potest esse determinatio, nisi in actu primo, sed indiget successivè aliquo extrinseco, puta die hodierno, vel crastino, ut me constituat in actu secundo hodie, vel cras durantem; ergo me hodie, vel cras durate dicit aliquid ultra illum modum, atque ita modus ille non sufficit sine alio extrinseco saltem superaddito; & cum hoc extrinsecum aequè sufficiens sit ad constituendam meam entitatem immediate hodie, vel cras durantem, frustra praeter hoc extrinsecum ponitur alius modus intrinsecus meae entitatis superadditus. Tum quia si modus ille intrinsecè superadditus entitatis meae ita determinatus est ad me constituendum hodie durantem, ut nullo proterius alio addito indiget nec intrinseco, nec extrinseco ad hanc denominationem praesadam, tam heri, quam nudius tertius me constituisset hodie durantem, quod implicat, formae namque eo ipso quod est in subiecto semper illum effectum formalem praestat, quem ipsa nata est tribuere absque ullo superaddito. Tum quia si duratio ponitur accidens realiter superadditum, ergo poterat Deus modum illum, quo heri durabam, destruire, atque ita hodie durans in eo casu non durarem per illum eundem modum, quo heri durabam, sed per alium distinctum; atque ita redit argumentum prius, quod ille modus est ita suspensus indifferens ad existendum hodie, vel cras, sicut ipsa entitas rei durantis, atque ita determinari indiget ad existendum hodie, vel cras, a die hodierna, vel crastina non minus, quam ipsa mea entitas, atque ideo ineptus est omnino ad manus, propter quod est excogitatus.

252 Tertio tandem, quod duratio supra existentiam rei addat aliquod extrinsecum connotatum probatur, quia entitas durans hodie, & cras est eadem, duratio vero crastina, & hodierna non est eadem, item maior est mea duratio hoc anno, quam anno praeterito, & tamen est eadem profusa mea entitas, & existentia; ergo aliquam distinctionem necesse est ponere inter existentiam, & durationem, sed haec non potest per aliquod intrinsecum superadditum, ut probatum est, ergo per aliquod extrinsecum; hoc autem extrinsecum dixi supra esse tempus reale actu fluens, vel potentia potius, quam imaginarium, quia ut dixi numer. 247. tempus possibile est ens reale saltem nominaliter; & ideo penes illud sumi potest denominatio maioris, vel minoris durationis realis, etiam si tempus non actu fluat, quia ut Petrus verbi gratia hodie daret, non requiruntur tot partes motus primi Caeli qui ponitur tempus extrinsecum, actu fluens, etique actu coexistere, sed quod possint fluere, & quod si fluerent, omnes illi coexistere possent; hoc totum elegantè declarat Scotus quol. 11. artic. 2. ad 3. ubi comparans inter se spatium negativum locale, quod occupari potest a corpore reali, & intervallum durationis negativum, quod pariter occupari potest a tempore reali, id est a partibus motus actu fluentibus, inquit, sicut mota privativa mensurat partes aliquas successivas, sic dimensio privativa mensurat partes permanentes, & hoc quia privatio aequatur habenti suo modo, unde illud argumentum posset adduci pro proposito confirmando, & hoc sic possibile est distantiam aliquam esse inter aliqua quasi secundum tempus, licet non sit inter illa tempus positivum intermedium, hoc est positiva mensura motus, sed sufficit, quod sit tempus potentiale, vel privative acceptum ad hoc ut distantia inter illa quasi temporalis, secundum quam hoc dicitur esse posterior, vel prius illo; igitur similiter de loco, & de distantia locali; haec Doctor, ex quo patet verè, & proprie posse dici rem durare per coexistentiam

ad tempus potentiale, quia non est ens omnino fictum; imò etiam ad tempus imaginarium, si hoc non sumitur positive pro extensione scilicet reali partium motus, quam cogitamus, & fingimus pertransibile ante creationem, & motum primi Caeli per totam aeternitatem, sic enim est utique aliquid fictum, sicut pariter spatium locale imaginatum extra Caelum per modum trinae dimensionis sine termino illud occupantis; quod si sumatur privative, vel negative pro distantia scilicet negativa temporali, quae possit repleri, & occupari temporanea extensione reali numerum partibus motu actu fluentibus, sic utique cum non sit quid fictum, quia talis negatio datur ante productionem Mundi, & motus primi Caeli, & talis infinita distantia negativa ab initio mundi per totam usque aeternitatem protensa, potest inquam, a spatio imaginario sic sumpto sumi denominatione realis durationis velut a connotato suo modo reali, scilicet eo modo quo realitas negotiationibus convenire potest, quae dantur a parte rei citra omnem intellectus fictionem; & hoc est, quod dicebam disput. 13. Phys. citat. quae. 1. numer. 7. quod sumendo tempus imaginarium, pro fluxu motus a nobis ficto, & imaginato ante mundum conditum transibile, ita non posse vere, & proprie connotari a duratione reali, quia haec a parte rei non per aliquod rationis constitui debet; ac num. 10. quod si sumatur pro distantia negativa iam explicata, sic bene explicari potest in ordine ad illud, sicut in ordine ad spatium imaginarium sic sumptum quoad locum solet explicari immentitas, quatenus talis distantia negativa vere datur extra mundum ex dictis num. 182. & talem distantiam Deus replerit sua immensitate quatenus extra mundum toti illi distantiae negativae coexistit.

ARTICULUS SECUNDUS.

Satisfit Ariaga argumentis.

IN oppositum inflat Ariaga disput. 15. Phys. sec. 1. Primo hoc quod est Petrus hodie durate est aliquid reale, sed hoc est separabile ab existentia Petri, ergo est aliquid distinctum ab ea, minor probatur, quia Petrus existebat heri cum tota sua substantia, & existentia, & potuit mori, quo casu hodie non duraret. Resp. hoc argumentum quoque fieri posse de divina duratione, nam heri existebat Deus cum sua substantia, & existentia, & non durabat hodie, ergo a Deo separatur hoc quod est durare hodie, neque satisficit ad hoc responsio Ariaga, quam dat sub n. 41. iam enim rejecta est sup. num. 216. sicut ergo a Deo est separabilis hodierna duratio solum quoad connotatum nempe quoad connotatum extrinsecum hodiernae diei, non tamen separabilis est quoad principale significatum, ita quoque dicendum ad argumentum factum de duratione Petri.

At contra inflat, quia si sermo sit de tempore reali, falsum omnino est, durationem connotare tempus reale, quia ipsum tempus reale durat, & non per connotationem ad aliud tempus; item Angelus existens ante omne tempus reale verè duraret magis, ac minus non secus, ac si esset productum tempus reale, & eodem modo, etiam si esset impossibile omne tempus; aut qualibet alia creatura, ergo duratio non consistit in ea connotatione ad tempus reale si verò sit de tempore imaginario, hoc est purum nihil, ergo est connotatione ad illud non potest defumi nova realis denominatio; patet consequentia, quia denominatio realis est entitas, realis; ergo non potest esse nova denominatio realis sine nova entitate reali.

Respondet, quando dicimus durationem rerum connotare tempus reale actuale, vel possibile, sermo est praesertim de duratione permanentium, quae cum sit indivisibilis, & tota simul formaliter, & solum divisibilis, & extensa virtualiter, ad hanc extensionem virtualem explicandam recurritur ad extensionem formalem temporis, quod cum sit successiva duratio formaliter habens partes post partes, in re permanenti, quatenus durante concipimus coexistentiam, & correspondenciam ad tempus, ut secundum alias, & alias partes virtuales respondent diversis partibus temporis, nec talis respectus est fictus, & rationis, quia quavis duratio permanentium sit actualiter indivisibilis, tamen cum actuali indivisibilitate fiat multiplicitas virtualis; quod praesertim in divina duratione negari non potest; Deinde falsum quoque est unum tempus non posse durare per connotationem ad aliud tempus, nam durationes actionum nostrarum successivatum connotant tempus horologii, & per coexistentiam ad illud dicuntur nostri motus tanto, vel tanto tempore durare.



durare; & motus horologii, quod tempus appellamus, durat per coexistentiam suarum partium ad tot partes motus primi Caeli; & tandem quia ut dicebat Scotus nuper citat. quol. 11. motu privativa mensurare potest partes alicujus successivas, potest quoque motus ipse Caelorum, quod dicitur tempus, dici durare per coexistentiam ad fluxum temporis imaginarii, non quidem sumendo tempus imaginarium politivè, quia sic est purum signum, sed negativè ex dictis numer. 212. per negativa nempe distantia, quæ potest repleri duratione reali, quia tempus sic imaginarium, licet non importet realem entitatem, tamen importat realem negationem, à qua saltem connotativè sumi potest nova realis denominatio; sicut patet in re noviter producta, quæ dicitur primò producta præcisè per respectum ad non esse immediatè præcedens. Ad id quod addebatur de Angelo, concedo, quod duraret ante omne tempus reale actu suum, & idè dixi ad durationem rei permanentis non esse necessariam coexistentiam actualem ad partes temporis actu fluentes, sed sufficere aptitudinalem ad partes temporis potentiales; concedo insuper, quod si omne tempus reale esse impossibile, eodem modo duraret Angelus, quia, adhuc quantum est ex se, haberet, quod per suam entitatem posset coexistere tot partibus temporis, si fluere possent; quod si fluere nequeunt, defectus coexistentiæ non provenit ex defectu aptitudinis Angeli ad coexistentiam illis, sed ex defectu fluxus partium temporis, qui supponitur impossibilis; eodem prorsus modo, quo dicebamus disp. 8. log. q. 5. art. 1. quod si quælibet creatura esset impossibilis, adhuc Deus esset omnipotens quantum ad intrinsecam perfectionem, & virtutem productivam ejus, nam repugnantia creaturae non oriretur ex Deo, sed ex ipsa creatura; sicut ergo non valet hæc consequentia, si creatura quælibet implicaret, adhuc Deus esset omnipotens; ergo omnipotentia Dei non involvit in suo conceptu connotationem creaturarum; sic etiam non valet in proposito, Angelus adhuc duraret, si esset omne tempus impossibile, ergo duratio non consistit in connotatione ad tempus reale.

Repliat Ariaga, ad hanc solutionem num. 11. do tibi, illud tempus posse desumi novam denominationem realem; adhuc sic argumentor; hoc quod est Petrus coexistere huic temporis imaginario, seu connotare illud, est aliquid separabile ab ipso Petro, & ab ipso tempore imaginario, quia potuit esse utrumque in rerum natura, quin invicem coexistere, sicut de factis extiterunt in rerum natura Adamus, & dies heisterius, & tamen invicem sibi non coexistere; ergo hoc quod est coexistere aliquid est ab utroque distinctum. Respondeo concedendo quod per eam inferret consequentiam quia cum coexistentia sit mutua relatio duorum simul in eodem tempore existentium, & in nostra sententia relatio superadditur extremis, verum est esse aliquid ab utroque distinctum, & hoc ipsum dicius esse durationis connotatum; nego tamen talem consequentiam ritè inferri ex illo antecedente, quia cum coexistentia sit relatio intrinsecus adveniens, quæ necessitatè consequitur extrema, planè ab extremis in rerum natura simul existentibus separati non potest; neque probatio inducta de Adamo, & die heisteria aliquid urget; imò ridicula est, quia illa duo extiterunt utique in rerum natura, sed non extiterunt utique simul, sed unum post aliud.

Secundo arguit num. 20. efficacissimè, ut ipse inquit: voluntas Dei creandi Petrum pro hoc instanti habet pro objecto aliquid distinctum ab ipsa substantia Petri, quia hæc eadem esset, etsi produceretur heri, hoc autem distinctum non potest esse ipsum instans, tum quia instans imaginarium est nihil, nec creatur à Deo, unde non terminat voluntatem Dei, tum quia instans existit sic modo, etiam si Petrus non existat in eo; ergo habet pro objecto aliquid aliud ab ipso Petro, & ab instanti scilicet simultate utriusque, quæ est separabilis ab utroque & consequenter distincta, ergo duratio, quæ in illa simultate consistit est distincta à Petro, & ab instanti, quantumvis hoc ponatur fluidum, & reale.

Resp. concedendo voluntatem Dei in allato casu habere pro objecto non solum substantiam Petri, sed etiam aliquid distinctum ab ipsa Petri substantia, nimirum illam quoque simultatem entitatis Petri cum tali tempore, vel instanti, ex vi cuius dicitur coexistere huic temporis, vel instanti, quam nego esse separabilem ab huiusmodi extremis simul in esse positus, licet adhuc concedam esse ab ambobus reipsa distinctam; nego tamen durationem in hac coexistentia præcisè, & adæquatè consistere, hæc enim coexistentia est tantummodo connotatum durationis, principale verò significatum est existentia ipsa rei, cui advenit coexistentia; ut di-

cat hoc, vel illo tempore durare; Dices, ergo jam duratio aliquid reale intrinsecum superaddit existentie rei, & per aliquid intrinsecum res durans determinabitur ad existentiam in hoc, vel illo tempore, quod supra negatum est. Respondeo gratis concedendo superaddere durationem existentie creatæ aliquid relativum tanquam connotatum non tamen aliquid accidens absolutum successivum, ut contendit Ariaga negans relationem aliquid superaddere extremis; hoc tamen additum, est in creatura sit aliquid intrinsecum, quantum ipsa fundare potest relationem coexistentie ad tempus fluens; atramen appellamus extrinsecum, quia tota hæc variatio, & successio se tenet ex parte temporis extrinseci, ac etiam quia si creatura terminaret solum, & non fundaret talem coexistentiam relationem ad partes temporis fluentis, ut dicitur de Deo, quæ bene diceretur durare, ac determinari ad durandum hodie, vel cras per solam extrinsecam coexistentiam temporis extrinseci, undè quantum ad hoc merè accidit, quod intrinsecè fundat talem coexistentiam durationem, quia ad durandum hoc, vel illo tempore sufficeret sola terminatio coexistentie temporis extrinseci fluentis.

Tertio arguit n. 23. Petrus durans hodie est indifferens, ut durat, vel non durat cras; ergo durare hodie est quid distinctum à durare cras, nihil enim potest esse indifferens ad seipsum. Conf. ab alius existentia creatæ est secundum se indifferens, ut sit in hoc determinato tempore hodierno, vel crastino; ergo ut determinetur ad hoc, & non aliud, debet in ea superaddi aliquid modus positivus formaliter determinans alio, quin existentia sine alio intrinseca forma, & variatione in se transiret de uno contradictorio, in aliud, hoc est, de non coexistere huic temporis ad coexistere illi. Denique, arguit sumpta paritate ab Ubi, quod idè superadditur corpori, ut corpus ex se indifferens ad essendum in hoc, vel illo loco determinetur ad essendum in hoc loco potius, quam in alio.

Respondeo ex dictis num. 250. Petrus hodie durantem determinari, ut duret cras, non per aliquid accidens absolutum suæ existentie superadditum, sed per aliquid extrinsecum nempe per coexistentiam diei crastinæ de novo advenientis, quod pertinet ad durationem Petri, ut connotatum, & sic duratio hodierna Petri, & crastina distinguuntur solam quoad connotata, non quoad principale significatum. Ad Conf. pariter dicitur, quod cum ista coexistentia ad tempus extrinsecum sit extrinseca, ad prædictum transitum contradictorium non esse necessariam variationem intrinsecam in re coexistente quoad aliquid absolutum accidens superadditum, sed sufficere variationem ipsius temporis extrinseci, cui coexistit, quia ratione Deus hodie de novo durat dicitur cum tamen heri hoc tempore non duraret, quia non adhuc erat præsens, per solam novitatem temporis hodierni. Repliat contra nu. 23. tempus adveniens est purum nihil, ergo ab eo formaliter nulla realis denominatio desumi potest. Tum quia Deus videt Antichristum futurum, & instantia crastina futura, & non videt futura simul, nec videt hæc instantia advenire Antichristo, aliquid aliud vidisset distinctum à futuratione utriusque, nam vidisset futura simul, & eorum simultaneam coexistentiam, quam concedo esse distinctam ab existentia Antichristi; sed nego in ea adæquatè ejus durationem coexistere, cum sit tantum connotatum ejus extrinsecum, non quidem ut absolute duret, sed ut duret & existat in die crastina.

Ad ultimam confirmationem ex paritate Ubi deductam, jam dictum est disp. 13. Phys. q. 1. nu. 9. & disp. 8. Log. quest. 12. art. 2. quia Ubi est terminus motus, & actionis realis, quæ in motu intervenit, at Quando nullus actionis realis, nulliusve motus est terminus; Tum quia portus Ubi, & Quando oppositas habent conditiones, ut enim res dicitur fieri successive præsens alicui, & alteri loco, vel spatio, requiritur variatio ex parte ipsius rei; spatium verò, & locus debet esse immobilis ex 4. Phys. ut verò dicitur successive præsens alteri, & alteri spatio durationis, res ipsa durans debet esse immobilis, & eadem perseverans, ipsam verò durationis partem fluens, & transiens; sicut in arbore juxta aquas sic datur perpetua variatio coexistentiæ ad diversas aquas partes sine mutatione arboris per solam aquarum successivam. Repliat Ariaga contra hanc communem solutionem, quia tempus imaginarium est omnino nihil, ergo per ejus adventum non potest esse nova realis denominatio extrinseca, etiam si per adve-

adventu nova, & realis aquæ possit in arbore esse nova mutatio realis extrinseca. Tum quia licet Petrus jam existens in instanti A. possit sine mutatione sui fieri præsens instanti B. per solam successivam ipsius instantis, hoc tamen quod est Petri fuisse productum in instanti A. est aliquid separabile à Petro, quia potuit produci in instanti B. Tum tandem quia exemplum adductum de arbore in fluvio est contra nos, quod quantumvis aquæ sint fluidæ, adhuc arbor non potest illis fieri præsens, nisi per præstabilitam distantiam ab ipsa arbore, quæ coexistere illis est aliquid separabile ab arbore, & aquis quantumvis fluidis. Ad 1. negatur consequentia, quia in hoc præsertim argumento sermo est de tempore reali sumpto pro vero, & reali fluxu partium motus. Ad 2. concedo coexistentiam Petri ad instans A. esse separabilem ab eo, quantum potuit produci in instanti B. ex quo tamen realem distinctionem inferre non licet inter durationem, & existentiam rei, quia duratio in coexistentia rei ad tale instans adæquatè nõ consistit, sed illa polulat tantum connotatum extrinsecum. Ad 3. paritas allati expli in hoc tantum consistit, quod licet de factis arbor in fluvio nõ fiat præsens novis partibus aquæ fluentis, nisi per novam præsentiam, tamè adhuc fieret præsens, si novam præsentiam non fundaret, sed solam novam præsentiam terminaret aquæ de novo advenientis, quia mutatio, & variatio sufficit in aqua transiente ad variandam in aqua denominatiõnem extrinsecam præsentis, ita Petrus durans in instanti A. licet durat in instanti B. fundat verè, & realem coexistentiam relationem ad tale instans de novo adveniens transire de duratione instanti A. ad durationem in instanti B. per solam variationem, & mutationem ex parte temporis fluentis eo modo, quod dicitur de Deo de hodierna duratione transire ad crastinam per solam mutationem temporis fluentis, ut dictum est n. 214. Et hinc doctrinæ de disparitate ubi, & quando hæc aliam subijungo, quod posito hoc loco, vel spatio, & posito Petro in tertio natura potest Petrus non esse in hoc loco, vel Ubi, sed alibi, & idè indiget entitate superaddita, ut determinetur ad esse in loco potest Petro, & hoc tempore nunc fluente non potest non esse in hoc tempore, & idè non indiget entitate superaddita, ut sit in tempore.

Dices, etiam Petrus existens in hoc instanti indifferens est, ut existat, vel non existat in crastino, ergo quod cras duret, nõ habet præcisè per suam existentiam, sed per aliquid distinctum quod nequit poni instans, quia hoc etiam existit deficiente Petro, ergo per durationem distinctam, ex cuius adventu Petrus existit in crastino instanti, ex ejus verò negatione non existit in eo instanti, ita instat Art. 19. Resp. existentia crastina duo dicitur primum, quod Petrus existat alterum, quod existat pro tali tempore, primum est Petro intrinsecum, & hoc à nobis ponitur formale durationis significatum, alterum verò est quod extrinsecum, nempe coexistentia ad crastinam diem, quod à nobis ponitur connotatum, & concedo hoc secundum, Petrus nõ habere præcisè per suam entitatem, neque per entitatem instantis de novo advenientis, quia hæc potest esse Petro deficiente, sed hoc secundum habet per coexistentiam instantis de novo advenientis ipso Petro, quæ coexistentia utique est distincta à Petro, & instanti advenienti sicut relatio distincta ab extremis, sed ea non est nova duratio, sed novum connotatum antiquæ durationis permanentis.

Quarto arguit n. 21. magis minusve durasse nõ potest intelligi sine pluribus, vel paucioribus durationibus distinctis, si enim est eadem indivisibilis existentia, cur magis hæc, quam illa durat? Si dicas, quia ea per manere fluxerunt plures tēporis partes. Cetera instat, quia in hac solutione supponitur eam tempore longiori permanisse, in qua involvitur ipsamet duratio, cui enim ea res de se sit indifferens formaliter, ut plus, minusve permaneat, aut det locum pluribus, vel paucioribus partibus tēporis possint fluere, oportet, ut hæc indifferencia formaliter determinetur per durationes ipsas, quæ per tēpus nõ determinantur, nec per ipsa existentia. Ratio à priori est, quia tempus pergit, sive Petrus duret, sive non, ergo per illam nec limitatur, nec dilatur termini termini Petri, nisi ipse in se aliquid habeat, quod respondeat secūdo instanti, & nõ tertio, hoc autem non est ipsa existentia, quia hæc est indifferens ad respondendum pluribus, vel paucioribus, his, vel illis; ergo debet esse per aliquid de se ad hoc determinatum, quales sūt due ille durationes.

Resp. ad hoc argumentum, quod omnibus validius existimo, satis dictum esse d. 13. cit. q. 1. in fine, hic solum noto, quod iste variae durationes successive, quas multiplicat Ariaga in rebus permanentibus pro die heisterio, hodierno, & crastino, sunt accidentia rebus successive supervenientia; vel ergo sunt accidentia absoluta, vel respectiva; si respectiva ita ut unum dicat ordinem determinatum ad diem hodiernam, & aliud ad crastinam, istæ erunt diversæ coexistentiæ in eadem entitate

Mastru in sent. Tom. I.

permanente successive fundatæ, vel ab eadem terminatæ; juxta diversitatem partium tēporis fluentium; & sic nobis dant manus; si verò sunt accidentia absoluta sine ulla tali determinatione; ergo, cū nulli inter se ordinè fervent ex natura rei indispensabile, poterit Deus in me prius producere durationem crastinam quàm hodiernam, quo casu prius durarem cras, quàm hodie, quod repugnat; quod si dicatur, talem durationem v. g. hodiernam esse essentialiter alligatam huic tēporis spatio, & non posse in alio produci hoc spatio transacto; tunc aperte Adversarij in nostra veniunt sententia afferentes Petri existere hodie esse per suam indivisibilem existentiam respondere huic spatio reali temporis fluentis, & magis, vel minus durare esse idem, quod correspondere majori, vel minori temporis spatio, quod tamè Adversarij adèd inficiantur; vide Oviued. contrav. 6. Phys. punct. 1. à n. 19. ubi latè hæc difficultatem in Ar. urget.

Postremò objici potest contra definitionem eternitatis, 258 quod non bene ponatur tota simul, & indivisibilis duratio, & aternitas major est hodie, quàm heri, quia hodie, durando Deus plus duravit, quàm heri; ergo habet latitudinem, divisibilitatem, & extensionem formalem. Respondeo primò controversum esse inter Auctores, num infinitum possit majus, & minus admittere, undè hoc negantes, cum Deus durando ab æterno duraverit tēpore infinito, negabunt magis hodie durasse, quàm heri; Deinde dico locutionem illam esse impropriam, etenim sic loquendo in vero, & proprio sensu nil aliud significare volumus, quàm aternitatem coexistentiæ magis hodie, quàm heri, non quidem ex defectu sui, sed ex defectu tēporis, quod heri non fuit, secundum differentiam hodiernam, undè propriè loquendo potius dici deberet majus esse tempus coexistentiæ aternitati hodie, quàm heri, non autem majorem esse eternitatem, quia quoad formalitatem suam, & perfectionem intrinsecam, quæ in Deo importat, semper est eadem tam heri quam hodie, & cras. Vel tandem dici potest aternitatem esse majorem hodie, quàm heri, non quidem in actu primo, sed tantum in actu secundo, quod scilicet ad actualem coexistentiam ad majus tempus, concludendum igitur est aternitatem in se esse perfectionem intrinsecam, & positivam Dei, licet pro nostra tenuitate per negationes solet explicari terminationis, successivis, & dependentiæ, eamque esse infinitam formalitèr intensivè, extensivè autem esse infinitam virtualiter solè, & eminenter, ratione cuius virtualis extensionis correspondere potest infinitis partibus temporis actualis, vel possibilis, qualis extensio virtualis etiam nõ infinita, admittitur quoque in anima nostra, & in Angelis correspondentibus virtualiter diversis partibus corporis, & sparij, istas difficultates contra definitionem aternitatis, ejuisque statuat formalitatem solutas vide d. 13. Phys. cit. q. 3.

ARTICULUS TERTIUS.

Altera questionis pars examinatur.

In altera questionis parte quæretur, an aternitas sit ita 259 Dei propria, ut creaturæ nullatenus communicari queat, & quidem de eternitate propriè dicta, ut jam ex Boetio definita est, fatentur omnes esse ita Dei propriam, ut creaturæ omnino repugnet, nam aternitas sic sumpta est permanentia in esse intrinsecè, essentialiter, ac necessariò indefectibilis, ac interminabilis, hoc autem procedit ex perfectione divini esse, quod est omnino indepèdēs, ac simpliciter necessitati, loquendo verò de aternitate minus propriè dicta pro sola, & simplici eadentia principij, & finis in duratione, undè quæ hoc rei semper duranti contingat, qualis est aternitas, quæ creaturæ conveniret concessa hypothèsi, quod esset ab æterno producta, est dubium, non enim hoc ei ab intrinsecò, & ex propria essentia conveniret, & necessariò, sed ab extrinsecò, & merè contingenter, nèp ex libera Dei voluntate, qui voluit talè creaturæ ab æterno producere, undè ejus duratio non esset propriè aternitas, sed æviteritas, aut melius sempiternitas, ut loquitur Ric. de S. Victore 1.2. de Trin. cap. 4. ubi distinguit inter aternum, & sēpiternū, nā si daretur aliquod, quod haberet principij suæ existentie, sed non suæ durationis, neque finem hoc utriusque diceretur sempiternum, hoc est in duratione interminatam, seu carens principio, & fine, nõ tamen interminabile, quia nõ esset intrinsecè, & essentialiter tale ut illi repugnaret finis, & terminari, & idè per nõ repugnantia defectibilis esse, potest, à potentia superiori destrui, & sic tandè terminari ad nõ esse.

Quem dicendi modum, & hæc eadem ratione suscipit Scotus 260 2. d. 1. q. 3. s. tenetis autè primè, probabiliter defèdit, quod scilicet si Deus aliquam creaturæ ab æterno creasset, v. g. Angelum, nõ diceretur formaliter, & intrinsecè æternus, sed extrinsecè duratæ, per realem coexistentiam cū ipsa aternitate, unde Angelus ille sit à Deo ex hypothèsi creatus, formaliter, & intrinsecè creatus diceretur in instanti, vel nunc sui eviquod est sua propria, & intrinseca duratio; & in æternitate tantum dicitur.



diceretur creatus, veluti in extrinseca duratione, cui ad equitate coexistere, non quidem ex sui natura, sed beneficio extrinseci agentis, atque idem licet esset interminatus in duratione, non tamen dici posset interminabilis, ut petit ratio eternitatis, quam opinione late defendimus d. 1. q. 1. & de eibus permancibus est communis in tribus famigeratis scholis Thomae, & Schottii, & Nominalium; Idem docet Doctor 4. d. 49. q. 6. L. & 4. d. 10. q. 2. R. ubi dicit, quod sicut ubiquitas potest a Deo communicari creaturae, quia dicitur coexistentiam utique ad omnem locum, sed contingentem, & dependentem, ita etiam communicari potest eternitas, quae dicitur coexistentiam utique ad omne tempus, sed contingentem, & dependentem; unde cum ex productione Angeli ab aeterno non extrahatur a serie entium creatoris, ac dependentium, & ex alia parte ab aeterno producta constat ex dictis d. 1. q. 1. n. 8. quia talis creatura non haberet esse necessarium simpliciter, & absolute, quia poterat non producitur, nec necessario simpliciter conservaretur per infinitum tempus; sed solum ex suppositione, quae velletur tam ab aeterno producere, necessitas autem ex suppositione consequitur, quae scilicet desinitur ex ipsa actione & operatione, ut apud omnes in confesso est, nullo modo leditur libertatem, aut dominium operantis, pareretur quidem detrimentum Dei dominii, si Deus ex necessitate illam creaturam ab aeterno produxisset; ut de mundi productione opinatus est Arius, ut quod si liber voluit ab aeterno ea producere, necessario consequenter se obliget ad ea conservanda per infinitum tempus, nulla est repugnantia, & nulla sequitur in Deo indecentia. Deinde si minuitur Dei dominium in creatura, si ex productione aeterna teneretur ea conservare per infinitum tempus, quia non videretur tunc habere absolutam potestatem deducendi creaturam ad libitum de non esse ad esse; contra dicitur pariter minui dominium Dei, si non potest produgere creaturam ab aeterno, & necessario debet non agere per infinitum tempus, sic enim quoque non habet absolutam potestatem deducendi creaturam ad libitum de non esse ad esse; non minus enim debet subesse dominio Dei esse creaturam, quam non esse.

Atriaga tract. de Angelis disp. 2. sect. 1. quavis in Phisicis hanc communem sententiam in omni schola, ut probabilis docuissent, inquit ad huc probabilis esse contrarium, & id absolute defendendum; & quia licet manifesta ratione ostendi nequeat repugnantia talis creaturae ab aeterno productae, videtur SS. Patri & communi Theologorum longe conformius Deum per id quod hodie producit, non ligare sibi manus in futuro; docet praeterea Patres solus Deum esse indefectibilem; unde colligit aliquam esse repugnantiam in ea necessitate durandi in creaturis, quae nobis non inveniunt. Et tandem inquit, quod esse ratione absoluti dominii non repugnet talis productio creaturae ab aeterno, repugnat tamen aliunde, quia scilicet nimis videtur esse magna ea perfectio pro creatura; vel certe dicendum repugnantiam ex consensu Patrum inferri, licet non sit nobis nota; Sic etiam de hac materia discutit Valeria p. 1. d. 3. de Deo, ut creatores q. 3. punct. 2. inquit enim, quod licet naturalis ratione spectata probabile sit creaturam ex aeternitate condi potuisse; spectata tamen Patrum auctoritate, quae in re Theologica magna debet esse ponderis, putat hoc implicare, etiam illi manifesta ratione non appareat; Patres autem id expresse negantes sunt Aug. de Civ. Dei c. 15. & contra Felicianum ante medium, Amb. lib. 1. Ex c. 3. Ath. orat. 2. contra Atr. Dam. lib. 1. sid. c. 8. Basil. lib. 2. contra Eunomium, qui incunctanter docent creaturam ab aeterno condi non potuisse, eo quia est ex nihilo.

indefectibilem, quia ut dictum est, hoc quod creatura ponitur ab aeterno producta, non ob id sequitur esse indefectibilem, & interminabilem in actu primo, sed tantum interminata, & indeficientem in actu secundo, quia adhuc habet esse dependens ab aeterno Dei influxu, qui eam potuit non producere ab aeterno. Neque tandem arguit, quod etiam dicitur creatura ab aeterno condi non potuisse, & eo quia est ex nihilo; quia vel loquuntur de creatura sub formali ratione creaturae, non autem quatenus eius causaturum dependens, quo pacto connotat respectu ad non esse immediatè precedens, qui respectus non adesse debet in aeterna causatione. Vel loquuntur de facto, non de possibili, & secundum convenientem naturam creaturae dispositionem, quae magis petit fieri in tempore, quam ab aeterno, quo supposito rectè contra Arium urgebant, vel verbum esse aeternum, ergo non est creatura, quia de facto nulla creatura est aeterna, quibus modis auctoritates Patrum explicimus d. 1. q. 1. n. 4. ex Scoto. Vel tanquam Patres divinitatem Filii contra Arium probantes ex ejus eternitate loquuntur de eternitate proprie dicta, ut desinitur a Boetio, quod est interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio, quam nolunt posse communicari creaturae; eo quia fit ex nihilo, nam talis eternitas implicat cum conceptu creaturae, duratio autem, quam haberet creatura ab aeterno producta non esset eternitas a Boetio descripta, sed esset avum actu infiniti, & interminati, tamen ex natura sua utrinque terminabile; jac proinde non aeternitas, quae est Dei proprietas; quod verò Patres contra Arium disputantes de tali eternitate loquuntur, probat Fabol. p. 1. q. 10. ex pluribus Patribus longa ferie ibidem adductis.

Sed adhuc major est difficultas, an poterit ab aeterno condi creatura cum naturali exigentia aeternae durationis id est quae talis esset natura, ut quanti esset ex se peteret semper esse licet, aliunde, & ab extrinseco a potentia superiori posse non esse; Amicus d. 7. sect. 3. assertit implicare talem creaturam ab aeterno condi potuisse, eo quia talis exigentia conaturalis ad sepe essendum videtur omnino excludere indifferentiam ad esse, & non esse, quæ de sui natura debet habere creaturam; & subdit n. 92. non invenisse hanc questionem in terminis a Scolasticis agitatis, conclusionem tamen ab ipso positam audivisse semel assertam a doctissimis Theologis. Ergo tamen opinor posse affirmativam partem defendi eodem fundamento, quo multi tulerunt, & Amicus ipse d. 3. de Angelis sect. 5. Angelos esse natura sua, & ab intrinseco indefectibiles, & iuxta eorum naturalem constitutionem aeternitatem exigere a parte post; esse enim de facto conaturalis est Angelo eternitas a parte post, sine ulla implicitantia; ita conaturalis esse poterit aeternitas quoque a parte ante; antecedens probatur, nam illa perfectio est conaturalis subjecto, cuius privatio est eide subjecto violenta, vel saltim praeternaturalis, sed in sententia ponente Angelos ex sua natura indefectibiles, annihilatio est eis violenta; & praeternaturalis; ergo perpetua conservatio erit eis conaturalis.

Respondeo Amicus cit. n. 47. negando pariter, quia aeternitas a parte post supponit in Angelo liberalem creationem, quae posita est illi conaturalis eternitas a parte post, aeternitas vero a parte ante non supponit in re creatura liberalem creationem, sed potius ipsa essentia creaturae prius naturæ, quam creatoris, naturaliter exigente aeterna creationem; non repugnat autem posito uno dono gratuito in creatura fit illi conaturalis, & alterum, quod cum primo dono gratuito naturalem habet connexionem, quia tunc conaturalitas, & exigentia non fundatur in ipsa creatura, sed in dono liberaliter collato, ratione cuius doni fit creatura aliquid conaturalis, quod simpliciter non potest illi esse conaturalis. Et confirmat hanc solutionem n. 49. quia aeternitas a parte post non includit necessitatem immutabilitatis ex parte creature, sicut includit eternitas a parte ante, quia in aeternitate a parte post creatura manet perfecta subiecta Deo in quolibet instanti temporis, in quo annihilari potest pro beneplacito Dei, & quod non annihilari non provent ex impossibilitate creature, sed ex libero decreto ipsius Dei; in aeternitate vero a parte ante creatura pro totam aeternitatem, & infinitam durationem a Deo annihilari, & mutari non potest, atque hoc non tam ex decreto Dei, quam ex ipsa impossibilitate rei; implicat autem ut creatura naturaliter exigit talem perfectionem, per quam se subtrahat per infinitam durationem a subiectione Dei.

Hæc tamen solutio non est conformis doctrinae, quæ tradit postea d. 3. de Angelis sect. 5. ubi p. 12. ait, quod cum Angeli dicuntur non natura, sed gratia immortales, non sumitur gratia pro dono naturæ superadditæ, sed pro voluntate Dei liberæ creature, & conservant naturam, quæ largitus est Angelis ergo eternitas a parte post non est conaturalis angelo, prævisæ ergo vi alicujus doni gratuiti naturæ superadditæ, sicut visio beata dicitur conaturalis intellectui creato lumine gloriae perfusio ut

261 Respond. planè negari non posse, quod creatura modo per aliquod tēporis spatium durans non existat necessariò ex suppositione, si enim decrevit Deus v.g. Petru vivere per decennium, planè per totu illud tēporis intervallum creatura illa necessariò existit, & Deus necessariò illi conservat, necessitate, inquam, suppositionis procedente ex aeterno decreto, & sicut necessitas ex suppositione consequitur non ledit libertatē, & dominii operantis, ita pariter in proposito ex suppositione talis decreti non dicitur Deus ligare sibi manus in futurum, quod & Atriaga ibidē paulo infra fatetur dum ait, perpetuatē durationis non esse contra dominii Dei, sed repugnare, quia est nimis magna perfectio pro creatura; quæ tamen ratio valde frivola est; parū enim refert, quod talis infinita duratio sit magna nimis perfectio creaturæ, dummodo eam non extrahat a ratione creaturæ, sicut supra probatum est nō extrahere; Neque etiam arguit, quod Patres dicant solum Deū esse

at ibi exemplificat Amicus, sed est conatur. his etiam ex vi naturæ propriæ, quam liberaliter a Deo recipit; Quod adhuc magis ibi declarat num. 116. nam ibi respondens ad quandam objectionem, quod si Angelus esset ex sui natura annihilabilis, & eternus a parte post, esset simpliciter necessarius in esse, & negat hoc, & concedit fore necessarium tantum ex suppositione, quod enti creature non repugnat; & reddis rationem inquit nam hoc nil aliud est, quam creaturam recipere talem naturam a Deo, ut secundum intrinseca principia spectata perat semper esse, & nunquam deficere, quia secundum intrinseca principia spectata nec habet naturale agens extrinseci corruptens, nec naturale potentiam ad sui destructionem, sed potius naturalem inclinationem ad sui conservationem; hæc ille: ex quibus adhuc magis patet, quod conaturalitas, & exigentia Angeli durandi in perpetuum fundatur in ipsa sua naturali constitutione in genere cause formalis, & in dono gratuito creationis in genere tantum cause efficientis. Deinde falsum quoque est, quod ibi subdit, quod eternitas a parte ante non potest supponere in creatura creationem gratuitam, quia & ipse in illa eadem questione, conclusionem secunda ait, non repugnare creaturæ merè gratis, & liberaliter condi ab aeterno potuisse, quia non requiritur, ut causa duratione precedat effectum suum, sed sufficit si tantum natura, & cau salute; Neque refert, quod ipsa essentia creature prius naturæ, quam creatoris, ex hypothesi exigit aeternam creationem; nam Deus ex libertate sua, & absoluto dominio, quod habet super creaturam, potest contra ejus naturalem exigentiam operari, ut cum aq̄e impedit motum deorsum, unde non obstante tali exigentia semper essendi, si ab aeterno crearetur, adhuc liberaliter crearetur, quia cum tota illa exigentia adhuc poster ea non crearet ab aeterno, sed tantum in tempore. Confirmatio illa falsam minorem assumit, quod creatura ab aeterno producta conservari debet per infinitum tempus, nec potest destrui, & quod hoc procederet ex ipsa rei impossibilitate, non autem ex Dei decreto; licet enim sit vera illa minor, quoad primam partem, falsa tamen est quoad hanc secundam, ut constat ex dictis; & si argumentum est validum, nedum contra nos probabit, non posse ab aeterno condi creaturam intrinsece exigentem semper esse, sed etiam contra ipsam non posse ab aeterno creari creaturam snaptè natura corruptibilem, nam data hæc hypothesi, quod creatura aliqua fiat ab aeterno, debet durare per infinitum tempus immutabiliter, sive sit creatura ex se defectibilis, sive non; quia talis duratio per infinitum tempus non tam provent ex rei indefectibilitate, quam ex aeternae creatione, ex vi cuius debet conservari per infinitum tempus etiam si res foret intrinsece defectibilis.

Rursus arguuntur, quia talis exigentia in creatura ad semper essendum est bene conpossibilis cum conceptu creaturae, & cum ejus finitudo; ac dependentia a Deo; ergo si talis creatura produceretur ab aeterno iuxta ejus exigentiam, nulla foret quer implicans; consequens patet, quia non negat Amicus absolutè creaturam ab aeterno condi non posse, sed non potest condi cum tali exigentia ad aeternitatem, & probatur assumptum, quia cum tota illa exigentia physica, & intrinseca determinatione creaturae ad semper essendum, adhuc staret indifferentia logica, ut possit produci, vel non produci a Deo, ac etiam producta, ut possit destrui, ergo cum tota illa intrinseca exigentia ad semper essendum, adhuc consistit conceptus creaturae cum totali dependentia à creatore; probatur antecedens, quia hæc non repugnantia logica, vel metaphysica, quam creatura que libet, ut Deo subiecta, habet ad non essendum, non repugnat positive inclinationi, quam supponimus habere ad semper essendum, nam illam habet ut obedientialiter subiecta Deo, hanc verò ex naturali sua constitutione; illa est pura non repugnantia logica, vel metaphysica, hæc vero positiva inclinatio, & exigentia physica; hæc autem duo non repugnant, ut constat de gravi, quod naturaliter exigit esse deorsum, & positivam habet inclinationem, ac physicam ad ubi deorsum, & tamen ex subiectione obedientialia ad agens superius potest esse sursum; & habet non repugnantiam logicam, vel metaphysicam ad ferri sursum contra naturalem ejus exigentiam, & inclinationem; potest ergo ab se ulla implicitantia dari aliqua creatura ex sua natura indefectibilis intrinsece, & ex naturali ejus constitutione, quod tamen adhuc habeat potentiam obedientialem, ut fiat, vel non fiat, & ut facta annihiletur a Deo; imò hæc eadē doctrina defendit Amicus ipse d. 3. cit. Angelos esse naturæ sua intrinsece indefectibiles, & adhuc habere non repugnantiam logicam, & potentiam passivam obedientialem, ut sint, & non sint ad nutum Dei, Suarez lib. 1. de Angelis cap. 9. & Atriaga tract. de Angelis disp. 2. sect. 4. ubi probat hæc duo simul coherere Angelum habere non repugnantiam, ut destruat divinitus, & simul habere naturalem existentiam, ne id fiat, sicut ille, quod lapis a me sursum moveat

ur, & simul petat ne a me sursum moveatur, unde motus ille est ei violentus, habet tamen simul capacitatem, sibi non repugnantiam ad illum eundem motum, quam doctrinam non semel docuit Scotus, cum ait potentiam excedere aptitudinem, quia interdu in re datur potentia ad id, quod non est inclinatio, sed ad oppositum, & da exemplum de lapide, qui potest esse sursum, & habet aptitudinem solum ad deorsum, ita quol. 19. li. v. & 3. d. 1. E. ubi potentiam hanc explicat per metram capacitatem, & non repugnantiam terminorum, & ait hæc possibilitatem posse esse quandoque respectu potentie active supernaturalis, non tamen naturalis.

Confirmatur tadem, quia data tali creatura ab aeterno producta cum naturali exigentia ad aeternitatem, non adhuc ei conveniret definitio eternitatis a Boetio tradita; ergo non esset eternitas imparticipata, & necessaria, qualis est divina duratio, sed adhuc participata, & dependens; probatur assumptum, quia licet quantum est de se, & ab intrinseco esset interminabilis duratio, tamen ab extrinseco, & per non repugnantiam logicam, vel metaphysicam potest a Deo habere terminum, quia potest a Deo non ab aeterno, sed in tēpore produci, sicut de facto Ang. ita productus, qui sunt creaturae huiusmodi conditionis, nēp ex natura intrinseca indefectibiles secundum probabiliorem sententiam, duratio verò divina est interminabilis tam intrinsece, quam extrinsece. Dices, eo ipso quod daretur talis creatura ab aeterno, & cum tali exigentia semper durandi, jam haberet ex intrinseca sua perfectione, ut posset coexistere cuiquamque differentie tēporis possibilis; sed hæc est ipsissima conditio, & natura divinx eternitatis, ergo, & c. Respondeo, distinguendo assumptum, haberet ex se vim coexistendi cuiquamque tēporis differentie in genere cause formalis, concedo, in genere cause efficientis, nego, nam habet potentiam logicam, ut sit ab agente superiori, & tunc negatur minor; nam divina aeternitas habet vim coexistentis cuiquamque tēporis differentie ex se tam in genere cause formalis, quam efficientis; & quado creatura dicitur ex sua ratione formaliter, non potest ab esse, & non esse, non tantum intelligi debet de indifferentia excludente determinationem intrinsecam ad esse, qualis indifferentiam utique non haberet creatura ab aeterno producta cum tali exigentia aeternitatis, sed de indifferentia præteritum, logica, vel metaphysica, que est non repugnantia terminorum, ut res possit esse, & non esse, eo in qua est in perfecta potentia obedientialia ad superius agens.

ARTICULUS QUINTUS.

Occurrit argumentum Amici.

In oppositum arguit Primò Amicus ratione dicta ex Athanasio lib. 2. contra Arianos ante medium, ubi docet reliqua omnia excepto Verbo divino gratia, & voluntate condita esse ubi non modo ait voluntate, sed excludat necessitatem, utrum etiam gratia omnia condita esse, ut excludat omnem exigentiam, & conaturalitatem ex parte reus creaturam; ex quo sic firmat argumentum: Deus merè gratis, & liberaliter omnia extra se producit, ut non omnia merè gratis, & liberaliter extra se produceret, si esset aliqua creatura, que conaturaliter, & ab intrinseco eternitatem exigeret, ergo, & c. Major est Athanassi, & aliorum Patrum contra Arium disputantium, & ratione constat, quia Deo tribuendus est modus producendi ad extra omnium perfectissimus, modus autem hic est, ut merè gratis, & sine ullo debito cuncta producat, quia hic magis commendat liberalitatem Dei erga creaturas: minor probatur, quia quod naturaliter exigit creatura, non merè gratis, & liberaliter creatur, sed cum aliquo debito, & obligatione creaturam, quantum ponitur de conaturalitate, & exigentia ex parte effectus, tantum tollitur de gratia, & liberalitate ex parte agentis, ergo data illa hypotheti non omnia merè gratis, & liberaliter crederet Deus, sed aliqua cum debito, & obligatione fundata in essentia, & natura creatæ ab intrinseco exigente creationem, quod divine derogat perfectioni.

Respondeo, Patres contra Arium disputantes, & præcipue Athan. loc. cit. loqui de facto, & de creaturis jam productis ex dictis num. 221. & idè neque illa auctoritas, neque argumentum in inde deductum facit directè ad propositum, cum hic loquamur de possibili. Deinde in Conc. Constantinop. seu sexta Synodo sess. 12. habetur Angelos, & animas nedum gratia, & voluntate conditas esse, sed etiam gratia immortales esse, & non natura sua, id est nedum gratia creatos esse, sed etiam gratia conservari perpetuo in esse, licet ergo bene salvet Amicus, Angelos gratia conditos esse, cum ad creationem nullam in ipsis supponatur positiva exigentia, tamen quia secūdm ipsum positivam habent exigentiam, ut perpetuo conserventur ex hac parte tenetur ipse quoque ad solutionem argumenti, cum

262



cum Angeli à Patribus, & Conciliis afferantur non minus gratia creatoris conservari quam conditos esse; & quicquid dicit ipse de conservacione Angelorum per gratiam, que non excludit naturalem existentiam, nos pariter dicemus de eorum creatione; Ad solationem itaque argumenti sciendum est res creatas non consistere in Deo, ut est auctor naturae, sicut in Deo creatas, seu physicum ex sola existentia, vel naturali propensione ad aliquam formam, vel perfectionem, sed etiam quia ultra eam existentiam propriis viribus attingere possunt dispositionem aliquam ultimo ordinatam ad perfectionem illam, & hac de causa infuso animae humanae debita corpori organo, quia agens naturale propriis viribus cum solo concursu generali Dei attingit dispositionem ad gratiam, & gloriam, & formas alias supernaturales, quae in anima nostra habeat naturalem capacitatem, ac tamen inclinationem ad illas, ut ad perfectiones sibi maxime consentaneas, quia tamen propriis viribus nequit attingere aliquam proximam dispositionem ad illas, adhuc dicitur formae simpliciter supernaturales, & dona merè gratuita docet Scotus q. 1. Prol. & 3. d. 24. q. un. C. & alibi frequenter. Cui doctrina est etiam ulterius addendum, quod licet res creatae cum naturali existentia ad aliquam perfectionem, ac etiam aliqua virtute activa ad eam acquirendam inducant in Deo debitum naturale, & physicum ad seculum concurrendum, quo modo est debita naturaliter igni conservatio à Deo, donec ab agente contrario destruat non quatenus tamen inducunt debitum metaphysicum, quia non obstante tali existentia in rebus, ac debito naturali ex parte ipsius, est adhuc absolute omnium Dominus, & tale debitum cum agentibus naturalibus contractum in praedictis casibus non est ex natura rei, sed ex libera eius voluntate, idem in hoc sensu conservatio etiam ignis, donec ab agente contrario destruat, dicitur potest fieri, quatenus excludit debitum metaphysicum, licet nequeat dici supernaturalis, & miraculosa, quia adest debitum physicum.

Hinc ad argumentum in forma, distinguo majorem, Deus merè gratis omnia producit ad extra, ut ly gratis excludit debitum metaphysicum, concedo; physicum, & naturale, nego, quia producit animam rationalem in corpore organato cui tali debito, & accidentia suis subjectis connaturalia, & sic pariter dicendum ad probationem majorem, hic enim est perfectissimus producendi modus ad extra, ut omnia gratis producat, & sine illo debito metaphysico, quod si interdum intervenit debitum physicum, hoc minime derogat Dei liberalitati, quia nec hoc est contractum ex natura rei, sed ex merito Dei beneplacito; deinde nego minorem cum eius probatione, quia sola naturalis existentia rei ad aliquam perfectionem non inducit debitum in Deo, ut patet de formis supernaturalibus, nimirum gratia, & gloria, quia naturaliter inclinatur ad has formas recipiendas praesertim in Scoti sententia, & tamè adhuc supernaturales dicuntur, & merè gratuita; sic ergo in proposito, quaevis aliqua daretur creatura, quae intrinsecam, & naturalem haberet existentiam ad seculum effundam, adhuc merè gratis crearetur, quia nullam habet vim nativam pro existentia sibi acquiritenda, sed hanc totam ab extrinseco agente mediatam, & etiam dato, & non concessio, quod talis existentia induceret in Deo debitum naturale, & physicum ponendi talem rem in esse, adhuc tamen nullum haberet debitum metaphysicum, tunc absolute loquendo productio talis creaturae esset merè libera, & gratuita, & quatenus procederet ex libera, & gratuita voluntate Dei, & sine illo debito saltem metaphysico, aliquo modo potest appellari gratia, quo sensu Concilia, & PP. aliquando ea, quae pertinent ad donum creationis gratiam vocant.

Secundo arguit à priori, implicat creaturam naturaliter exigere proprietatem, quae necessario involvit perfectionem repugnantem intrinsecis principiis ipsius creaturae; sed si possibile esset creatura, quae naturaliter exigeret aeternitatem, illa naturaliter exigeret talem proprietatem; ergo &c. Major patet, minor probatur, quia aeternitas necessario involvit immutabilitatem rei aeternae per infinitam durationem; sed implicat creaturam exigere immutabilitatem rei aeternae per infinitam durationem; ergo repugnat creaturae naturalis existentia aeternitatis, major rursus istius propositi patet, minor probatur, quia de conceptu creaturae est perfecta subjectio ad creatorem; quae tollitur à creatura per infinitam durationem, igitur nequit existentia aeternitatis esse connaturalis creaturae.

Res hoc argumentum, si ullius est valoris, absolute probare nullam creaturam esse potuisse ab aeterno, quod enim immutabiliter debet talis creatura conservari per infinitum tempus non provenit ex naturali existentia aeternitatis, sed ex eo praesidio, quod talis res est ab aeterno producta, sive talis res sit suapte natura indefectibilis, sive non, & tamen Amicus ibidem tenet concl. 2. creaturas natura sua corruptibiles potuisse ab

aeterno produci; itaque ad argumentum in forma, concessio majori nego minorem, ad ejus probationem minorem concedo de immutabilitate simpliciter, nego de immutabilitate procedente ex suppositione; talis autem esset immutabilitas, quae creaturae obveniret ab aeterno create, etiam si ex natura sua esset talis productio aeterno exigiva, & hoc non derogat perfectae subiectioni creaturae ad Deum, nam talis perfecta subiectioni creaturae non fundatur in naturali non existentia aeternitatis, sed in potentia obedienciali ad Deum, secundum quam potest à Deo creari ab aeterno, vel in tempore, vel absolute nunquam creari, quantumcumque creatura ex se petere esse semper.

Sed adhuc infat Amicus, quod licet immutabilitas orta ex suppositione aeternitatis gratuito communicata, creaturae non repugnet, quia non tollit essentialiam, & intrinsecam ejus mutabilitatem, at tamen immutabilitas orta ex suppositione aeternitatis necessario exigitur, ut esset in casu nostro de creatura petente semper esse, & interminabilem durationem, creaturae repugnat, & ratio est, quia essentia creaturae essentialiter importat mutabilitatem, & ei repugnat immutabilitas, ergo non potest creatura exigere aeternitatem, quae necessario involvit immutabilitatem. Respondet, totum argumentum fieri posse contra creaturam non existentem aeternitatem, quod neque ipsa possit in aeternitate produci, quia hoc necessario immutabilitatem involvit, quae creaturae repugnat, non enim aeternitas immutabilitatem involvit, quia sit exigit à creatura, sed quia est aeternitas, unde sive exigit, sive non exigit à creatura, secum deferret immutabilitatem creaturae repugnantem, quae essentialiter mutabilis est: dico igitur aeternitatem semper gratia à Deo communicatam esse, sive sit exigit à creatura, sive non, ut supra dictum est; quare quantumvis creatura esset exigitiva, & de se physice, id est ex sua naturali constitutione determinata ad aeternitatem, quia semper quoque manet indifferens metaphysice, ad esse, & non esse, quatenus non habet ad hoc repugnantiam logicam, ita de se manet metaphysice indifferens ad esse aeternam, vel non aeternam, & consequenter semper in se manet essentialiter mutabilis, nec immutabilis, nec immutabilitatem subire potest, nisi contingenter, & extrinsece ex Dei nempe beneplacito, qui nolit eam ab aeterno producere, cum tamen potuisset eam producere ab aeterno; quia talis existentia, ut dixi, ex parte creaturae, nullum inducit debitum in Deo, nec physicum, nec metaphysicum, quare si Deus creaturam aliquam produxisset ab aeterno, semper libera, & gratuita fuisset talis productio.

Concludo ergo, potuisse à Deo ab aeterno produci creaturam aliquam cum naturali existentia aeternitatis, quia talis existentia illam creaturam non constitueret adhuc in eo necessitatis gradu, in quo est Deus, non solum ob rationes adductas, sed ob rationem quoque à Scoto insinuatam l. d. q. 7. s. tenendo igitur, ubi sublimitas movet hoc dubium, quae sit differentia inter necessitatem filii secundum Theologos, & creaturam necessario productam secundum Philosophos: cui dubio ita respondet, Philosophi ponentes creaturas necessario produci habent dicere, quod ipsae haberent entitatem, qua formaliter essent necessariae, licet in illa entitate dependenter à causa necessario producente, filius autem habet entitatem formaliter necessariam, & eandem cum producente; creatura igitur si esset ex se necessaria, non posset non esse circumscripto omni alio, cujus circumscriptio non implicat contradictionem, tamen circumscripta causa alia à se per impossibile posset non esse; Filius autem non posset non esse circumscripto quocumque alio secundum entitatem à producente, quia non potest non esse nisi circumscripta persona producente, quae non est aliud secundum entitatem à producente; unde si Pater creaturam naturaliter produceret, & necessario produceret eam formaliter necessariam, adhuc tamen non esset necessaria tanta necessitate, quanta est nunc Filius necessarius, ita Doctores cit. ex quo discursu sic arguo, major est necessitas creaturae secundum Philosophos ab aeterno productae, quam creaturae producibilis in casu nostro, ratio est, quia creatura ab aeterno producta secundum Philosophos non solum est necessaria in genere causae formalis, quatenus habet entitatem formaliter necessariam, sed etiam in genere causae efficientis, quatenus procederet à Deo necessario agente ad extra; at in casu nostro licet haberet entitatem ex eo capite formaliter necessariam, quatenus peteret ab intrinseco semper esse, adhuc tamen habet non repugnantiam logicam etiam ad non esse, & potentiam obedienciali passivam, secundum quam posset esse, & non fieri; & ex parte Dei casualitatis, & productio esset omnino contingens, & libera, quia adhuc in eius potestate esset producere illam creaturam aeternitatis exigitivam ab aeterno, juxta ejus naturalem existentiam, vel in tempore, contra, aut praeter illam, unde & Amicus ipse loc. cit. quaevis negat talis creaturae productio ab aeterno esse possibilem, at tamen, si posset dari, concedit ab

ab initio articuli, quod talis productio esset contingens, & etiam aeternitas per talem productionem communicata tali creaturae esset contingens, & libera, licet foret ei connaturaliter communicata hoc est juxta ejus inclinationem; Cum ergo major sit necessitas creaturae ab aeterno productae secundum Philosophos quam creaturae producibilis in casu nostro, & nihilominus illa summa necessitas non extraheret creaturam à suo ordine, & cum tanta necessitate adhuc staret dependentia à causa prima necessario agente, ut constat ex Scotico discursu; planè tantò magis id alterendum est de creatura producibili in casu nostro.

QUESTIO SEPTIMA.

An res temporales vere, & realiter aeternitatis coexistent praesentialiter.

269 P Amosa est quamplurimum Thomistarum opinio par. 1. q. 14. ar. 13. res omnes temporales, seu in tempore productas, aut producendas secundum suum esse reale, & proprium esse ab aeterno aeternitatis praesentes, & ex reali futurorum coexistentia, in aeternitate certo Deum cognoscere futura contingentia. Hinc notat Cajet. loc. cit. quod cum D. Tho. inquit omnia esse praesentia in aeternitate, vel aeternitatis non loquitur de praesentia rerum secundum esse obiectivum, vel potèntiale; quod in Deo habent, sed secundum esse actuale eorum, ita quod omnia futura secundum suum esse existentiae proprium, & actuale, quod habent, extra suas causas, coexistent actu, & sunt praesentia aeternitatis, verbi gratia, Antichristus, qui nobis futurus est, jam actu aeternitatis coexistit, & pariter omnia praeterita respectu nostri coexistunt nunc aeternitati. Dixi, praesentiam opinionem esse quamplurimum Thomistarum, nam multi alii ex schola D. Th. negant, eam fuisse ejus opinionem, & asserunt, ipsum esse locum de praesentia tantum obiectiva in aeternitate, non autem de reali, & physica, ut exponit Cajet., unde Sylvest. in rosa aurea tra. 3. q. 45. ait hanc esse non posse sententiam D. Th. quia ex se sequitur aliquid contra fidem, id est mundum esse ab aeterno, nec solet D. Th. unico verbo probare tam difficiles propositiones, & Aegidius Romanus ipse D. Tho. auditor, ac discipulus in castigatorio super hunc articulum negat omnino, hanc fuisse D. Th. opinionem, & Cajetanus ipse in hoc articulo fatetur vix ullum esse discipulum D. Th. illum xueri, & se etiam quindecim annis latuisse, sed nudius tertius dum super commentatione hujus articuli meditaretur, ope D. Th. illius veritatem planam, ac in manifesto positam, ideò paucissimis verbis pertuissimam, quam air se defensurum cum Dei lumine, ac D. Tho. suffragis, s. circa dicta.

270 Ex quibus etiam verbis deducit Falsolus l. p. q. 14. ar. 13. dub. 3. n. 35. hanc quoque sententiam ipsi Cajet. qui gloriatur eam illustrasse, vixim esse valde difficilem, hoc enim satis indicant (inquit) tor insolite Dei. Siquidem invocaciones, quibus in sua scientia explanatione, ac defensione vivos sunt ex Cajetano praeter solum expavisse, & magno arguente sunt eam sententiam esse, vel falsam, vel intelligibilem. Hoc ipsum indicant frequentes exaggeraciones difficultatis sententiae, quam profertur aliorum Thomistarum, qui post Cajet. hanc tuendam susceperunt, nam Ferr. 1. contra gentes cap. 66. s. secundum dubium inquit hae pars perfectio difficultatem magnam videtur pati, & Banuez concl. 4. vix possimus intelligere, quare ratione futura contingencia sunt praesentia in aeternitate extra suas causas, & Navaret. contro. 52. s. 2. circa finem nobis apparet difficile intel. lectu, quod res sint in aeternitate, antequam intelligantur esse in tempore, & sic passim loquuntur alii Thomistae, quare cum ipsimet hanc suam sententiam tali censura notent, mirum non est, si in Schola D. Thomae omnes non habent sectatores, & extra illum nullam profusus, & merito quidem, quia si legatur D. Th. l. p. q. 14. ar. 8. in solutione ad 3. expresse habet, quod etia scientia de creaturis futuris sit ab aeterno, ipsas tamen creaturas non esse aeternas, aut ab aeterno, quod idem esse, ac aeternitatis non coexistentiae, hoc idem colligitur ex discursu, quem habet art. 13. non enim D. Th. sic arguitur, scilicet sunt praesentia in tota aeternitate, ergo Deus eas cognoscit, si enim utique ex futurorum coexistentia in aeternitate deduceret eorum praesentiam obiectivam, in ordine ad divinam cognitionem; sed è contra sic arguit, cognoscit Deus futura contingentia, quando erant; ergo eadem ab aeterno cognoscit, quia cum ejus cognitio mensuretur aeternitate, quae est tota simul, cognoscit omnia simul, non successively, ergo omnia ab aeterno sunt Deo praesentia scilicet obiectiva, nam ex cognitione inferri non potest, nisi praesentia obiectiva rei cognitae in cognoscente; & eodem modo ratiocina-

Maffris, in Sent. Tom. 1.

tur p. p. qu. 57. ar. 3. Sed quicquid sit de mente D. Thomae quam vestigandi Thomistis ipsis non incumbit, de qua videtur potest Falsol. cit. & Pennothus in suo propugnaculo huiusmodi libertatis lib. 3. cap. 16. & seq. Aversa p. p. q. 14. sec. 16.

271 Opposita sententia negis praesentiam realem futurorum in aeternitate est extra scholam D. Th. communissima assertio esse solum obiectivè divino intellectui praesentia, quatenus propter infinitum lumen, quod habet, suo intuitu fertur in omne cognoscibile, ac per consequens etiam in futura, quae ut infra dicemus, posito decreto Dei circa illa habent determinatam veritatem obiectivam; Undè Thomistae parum cōsequenter ad sua principia requirunt hanc realem praesentiam futurorum in aeternitate, ut certè, ac infallibiliter cognoscantur à Deo; cum enim etiam in eorum sententia cognoscatur Deus futura in suo efficaci decreto, & hoc fuerit ab aeterno, planè opus non erat pro tali cognitione ad aeternam creaturam existentiam recurrere. Neque dicas id eos fecisse, ut valeret cognitionem Dei esse intuitivam, quae est rei existentis in se, & in propria existentia; nam revera eam praesentiam rerum in Deo ab aeterno invenerunt, ut scientiam Dei futurorum infallibilem, & certissimam facerent, ad quod omnino impertinet esse ea realia, & physica praesentia ab aeterno; tunc quia adhuc salvatur, quod ea futurorum notitia sit intuitiva, si ea cognoscatur in divina essentia suppositis decretis divinis voluntatis, cum sit obiectum primarium eminentissimè, & perfectissimè continens obiecta secundaria, quoad omnes condiciones necessarias ad praesentiam eorum in immediatam ac intuitivam notitiam pertinere ac si praesentia foret in propria, ac immediata reali praesentia, ut infra videbimus; Hanc sententiam late ruerit Doctores p. d. 29. s. contra istud ubi Licher, Bargasius, Vigerius, & alii expostores firmissimis fundamentis, quibus postea alii omnes utuntur tam Scotista, quam Recentiores Faber in p. d. p. 54. cap. 3. Smifnech. tra. 2. disp. 4. q. 3. Rada contro. 30. Brancaluis disp. 16. q. 21. Vulpes tom. 1. disp. 30. ar. 3. Pofanensis in p. d. p. 67. Lezana tra. 4. disp. 3. q. 3. Amic disp. 12. sec. 4. Arias disp. 20. sect. 4. subsec. 3. Falsol. p. p. q. 1. ar. 13. dub. 3. cit. Suarez opusc. de scientia Dei lib. 1. cap. 7. Valquez p. d. p. 64. Arubal disp. 41. Valent. pun. 5. q. 1. & alii passim Antiquiores D. Bon. p. d. 39. art. 2. q. 3. Alensis p. p. q. 23. memb. 4. art. 3. Ochem p. d. p. 38. q. 1. Gabriel ibidem Greg. q. 2. Hervaeus q. 1. art. 1. par. 3. Durand. q. 3. n. 13. Bassol. q. un. ar. Mayton. ibidem, & alii.

ARTICULUS PRIMUS.

Statuitur sententia, negans.

272 P Rimo probatur refellendo singulos modos, quibus Thomistae hanc realem praesentiam futurorum defendere nituntur in aeternitate, vel enim intelligit creaturas in propria duratione spectatas, quatenus in seipsis exhibent simpliciter loquendo, Deo coexistere realiter in aeternitate; & hoc fana fide dici non potest, quia Pater, & Concilia docent nihil ab aeterno praeter Deum fuisse, & Deum in principio creasse Caelum, & Terram; ergo de fide est res creatas in propria duratione, & mensura Deo ab aeterno realiter non coexistentes; & hoc concedit Cajet. loc. cit. cum ait hanc realem praesentiam ab aeterno non esse in propria mensura durationis creaturae, sed in mensura aliena aeternitatis divinae, & ideò hanc propositionem esse falsam, Antichristus nunc est in aeternitate, si ly nunc accipiatur ut cognoscit instantis temporis nostri, vel intelligunt rem creatam, cum verè existit in propria duratione reali, etiam verè coexistere toti aeternitati Dei, licet non totaliter, & adaequate; & hoc planè verum est in omni sententia, nam si creatura modo existit, jam Deo coexistit, quia coexistentiam est relatio mutua, quae ex amborum extremorum existentia resultat; & cum aeternitas sit duratio illi indivisibilis formaliter, & tota simul, divisibilis tamen eminenter, & virtualiter in infinitas partes, quatenus quantum est ex se infinitis partibus temporis realiter fuerit coexistere potest, nulla duratio creaturae, cum sit finita, & limitata, ei potest coaequare; sed ex hac inadeguata figura coexistentia aeternitati Dei in propria duratione, planè inferri nequit earum realis praesentia ab aeterno, quia tunc non inadeguata profusus illi coexistere; sicut à patri, dum hic ego coexistit toti immenitati Dei, quia nihil intrinsecum habet Deus alibi, quod non habeat hic, non hinc inferri potest me coexistere, quoque Deo alibi existenti; ut Romæ, vel Venetiis, quia tunc sensus esset non solum me esse hic praesentem Deo, qui est Romæ, & Venetiis, sed etiam me simul esse cum eo Romæ, & Venetiis, quod est falsum, quia tunc coexistere hic non solum toti immenitati Dei, sed etiam totaliter, & adaequate.

Vel tertio intelligunt, ut multi explicant, creaturas fuisse ab aeterno.